



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 88. Congregatio in caussa Joannis Parvi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](#)

ingenti gaudio, ac pompa exceptus. Se- Sæcul. XV.  
 quenti die ad Sigismundi alloquium ad- A. C. 1415.  
 missus, Gregorii literas exhibuit, decla-  
 rans, se ad Imperatorem, non autem ad  
 Synodum, utpote quam Gregorius nec-  
 dum ut legitimam agnosceret, missum  
 esse. Nationum quoque Deputatos dun-  
 taxat juxta privatos dignitatum suarum  
 gradus venerabatur, iisque significabat,  
 se a Gregorio ad Papatum ejus nomine  
 abdicandum, plena auctoritate munitum  
 esse.

### §. LXXXVIII.

#### *Congregatio in caussa Joannis Parvi.*

Quamvis Imperator, vel ut vires suas *Ibid. p. 345.*  
 repararet, vel ut liberius publicis *Gerson. to. 5.*  
 invigilaret negotiis, exinde Uberlingam *p. 302.*  
 secessisset, nihilo secius tamen in ejus e-  
 tiam absentia particulares institueban-  
 tur conventus. Tunc enim potissimum  
 Patrum cura intenta erat discutiendæ  
 Joannis Parvi caussæ. Ante omnia E-  
 piscopus Attrebatisns adversus Gerso-  
 nium Commissariis libellum obtulit, ex-  
 posuitque, Parisiensi Episcopo, necnon  
 Inquisitori hæreticæ pravitatis diem vi-  
 gesimam quartam Octobris ad allegandas  
 sententiæ suæ rationes a Synodo dictam  
 fuisse; Gersonium in ædibus Cardinalis  
 Came-

**Sæcul. XV.** Cameracensis frequentius cum eo con-  
**A.C. 1415.** tulisse, quo pacto propositionum Joan-  
 nis Parvi condemnatio impetrari posset.  
 Insuper conquerebatur, Joannem Geron-  
 nium, quamvis se Galliæ Legatum jacti-  
 taret, aperto tamen odio Burgundiæ Du-  
 ci adversari, ac propositionum Joannis  
 Parvi denunciatorem agere; idque di-  
 versis factis comprobavit. Ex his faci-  
 le Attrebatenis Episcopi consilium dispi-  
 citur, cum enim is ægre ferret, caussam  
 hanc a Synodo discuti, iniquius adhuc  
 tulit, a Gersonio illius sententiam tan-  
 to ardore urgeri. Ceterum nihil desuper  
 sancitum fuit.

## §. LXXXIX.

*Joannes Hussus ad palinodiam solli-  
 citatus.*

*Vander  
 Hardt tom. 4  
 p. 345.*

Ad caussam Joannis Husse rediere Pa-  
 tres, cuius retractationem, ne extre-  
 ma adhibere cogerentur, ardenter exo-  
 ptabant; postquam autem saepius, sem-  
 per tamen incassum, illius mentem ex-  
 plorassent, præprimis libros ejus ad ro-  
 gum damnados esse fanciebant, rati, se  
 hac sententia Husso timorem incussuros.  
 Nec tamen ejus pertinacia frangi pote-  
 rat. Petebat nihilominus Confessarium,  
 & Monachum obtinuit, qui omni man-  
 suetudine, atque obsequio eidem infer-  
 viebat.